



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Diplomatvm Belgicorvm Libri Dvo**

**Le Mire, Aubert**

**Brvxellis, 1627**

20. Otho Imp. monasterio S. Petri in monte Blandinio, prope Gandauum,  
an. 966. dat immunitatis priuilegium, interueniente Adelheide coniuge.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10903**

Ianæ, à Brunone Archiepiscopo iam laudato constitutæ anno 958.  
vt Flodoardus in Chronico suo commemorat. Vide Stemmatum no-  
stra Principum Belgij cap. 12.

## C A P V T   X X .

Otho I. Imp. monasterio S. Petri in monte Blandinio, prope Gan-  
dauum, an. 966. dat immunitatis priuilegium, inter-  
ueniente Adelheide coniuge.

**I**N nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. OTTO diuina fuen-  
te clementia Imperator Augustus. Quoniam Regiæ vel Impera-  
toriæ dignitatis officium esse constat, ut monasteria vel loca Deo  
& Sanctis eius dicata, ob diuini cultus augmentum, notis semper  
auctoritatibus roborentur, idcirco notum esse volumus omnium fi-  
delium nostrorum, tam præsentium quam futrorum industria,  
qualiter venerabilis Abbas Womarus Blandiniensis cœnobij no-  
stram adiit Serenitatem, rogans ut more antecessoruni nostrorum,  
Regum scilicet vel Imperatorum, rebus vel proprietatibus mona-  
sterij sui, infra regni nostri terminos constitutis, immunitatis vel  
defensionis nostræ bracuum concederemus, hocque nostræ aucto-  
ritatis præcepto roboraremus.

Nos vero interuentu dilectorum coniugis nostræ ADELHEIDIS, si-  
delisque Archiepiscopi nostri Wilhelmi, ob spem diuina remune-  
rationis, pro statu & incolitate regni vel Imperij nostri, filijque  
nostræ carissimi Regis Ottonis, pia illius petitioni assensum tri-  
buimus, & ut res vel possessiones præscripti Blandiniensis cœnobij,  
infra regni nostri terminos constitutæ, Dulciactum scilicet in pago  
Haynau, & Crombrugga, in pago Brabantensi, quam villam ca-  
ra nostra soror Gerbergis Regina, monachis, ob remedium animæ  
fidelis Comitis sui reddidit Arnulfi, sub perpetua immunitatis no-  
stræ tutione esse volumus.

Ita ut nullus noster Comes, aut Index, aut Vicarius aut publicus  
fisci exactor, vel Aduocatus, vel alius aliquis prænominatas villas  
ingredi audeat, ad fredas exigendas, vel paratas faciendas, vel ho-  
minibus præscripti cœnobij inibi habitantibus distinctionem inge-  
rendi, vel aliud quid potestatis exercendi, licentiam aut potestatem  
habeat,

habeat, nisi Abbas & Aduocatus, quem sibi ipsi vulem & necessarium elegerit.

Et ut hoc auctoritatis nostrae preceptum firmum & stabile permaneat, hanc chartam conscribi fecimus, quam & propria manu subitus firmauimus, annuliisque nostri impressione signari iussimus.

Signum Domini OTTONIS, magni &c inuictissimi Imperatoris Augusti.

Luidolphus Cancellarius, ad vicem Wilhelmi Archicapellani, recognoui.

Datum XI. Kalend. Februarij, anno Dominicæ Incarnationis 966.  
DCCCC. LXVI. Indictione nona, anno regni Domini Ottonis XXXI. Imperij vero IIII.

Aetum Traiecto, in Dei nomine feliciter, amen.

### N O T A T I O N E S.

OTho I. Imp. patri suo Henrico Aucipi, an. 936. die 2. Iulij defuncto, in regnis Germania & Lotharingia successit. Anni 962. initio, Romæ à Ioanne Papa est coronatus Imperatori; ut Regino & Flodoardus testantur. Obiit an. 973. die 7. Maij.

Successit OTho II. filius eius, iam ante, petente patre, ab eodem Ioanne Papa Romæ Rex & Cæsar coronatus; videlicet sub finem anni 967. ut idem Regino narrat. Ab ista coronatione, anni tam regni quam Imperij Othonis II. deducuntur in diplomatibus.

WOMARVS idem, fuit Abbas S. Bauonis Gandensis; ut ex diploma Othonis II. colligi videtur, quod in Codice donationum piarum cap. 39. produxi.

### C A P V T. X X I.

Lotharius Francorum Rex, petente Emma coniuge, an. 976. vil-  
lam Aines restituit Inditha Abbatisse Marchianensi.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. LOTHARIUS miseri-  
cordia Dei Francorum Rex. Si seruorum Dei utilitatibus subue-  
niendo conferimus, profuturum nobis hoc ad æternam beatitudi-  
nem fore, nullo modo ambigimus.

F a

Qu-